

Bryn Mawr Latin Commentaries

# Minor Authors of the Corpus Tibullianum

John Yardley



Bryn Mawr Latin Commentaries

**Minor Authors of the  
Corpus Tibullianum**

John Yardley

Thomas Library  
Bryn Mawr College  
Bryn Mawr, Pennsylvania



# Bryn Mawr Latin Commentaries

## *Editors*

Julia Haig Gaisser

*Bryn Mawr College*

James J. O'Donnell

*University of Pennsylvania*

The purpose of the Bryn Mawr Latin Commentaries is to make a wide range of classical and post-classical authors accessible to the intermediate student. Each commentary provides the minimum grammatical and lexical information necessary for a first reading of the text.

The Bryn Mawr Latin Commentaries are supported by a generous grant  
from the Division of Education Programs of the National Endowment  
for the Humanities

Copyright ©1992 by Bryn Mawr College

Manufactured in the United States of America  
ISBN 0-929524-74-8

Printed and distributed by  
Bryn Mawr Commentaries  
Thomas Library  
Bryn Mawr College  
Bryn Mawr, PA 19010

## THE MINOR AUTHORS OF THE CORPUS TIBULLIANUM

The manuscripts of the *Corpus Tibullianum* contain three books, only the first two of which, it is now generally agreed, are the work of Tibullus. The third (which 15th century Italian scholars divided into two) is commonly believed to be a collection of elegies by various poets belonging to the literary circle to which Tibullus himself (and his younger contemporary Ovid) belonged. This is the circle of one of the two great literary patrons of the Augustan period, Marcus Valerius Messalla Corvinus (the other great patron, to whose circle Virgil, Horace and Propertius belonged, was Gaius Maecenas). The third book of the Corpus contains 20 poems, 19 of which appear in this edition; only the long poem known as the Panegyric of Messalla (*Panegyricus Messallae*) has been omitted.

The first six elegies of Book 3 (and of this edition) are by a poet who calls himself Lygdamus, evidently a pseudonym. He has been identified with various historical figures, including Ovid (on the basis of Lygdamus 5.18) and Tibullus himself, but no identification is compelling. The poems are addressed to his beloved Neaera, whose identity is likewise unknown, and employ many motifs, ideas and topoi common to the great elegists Propertius, Tibullus and Ovid.

After Lygdamus comes the *Panegyricus Messallae*, a poem in praise of the great patron, omitted from this edition. It is followed by five shorter elegies, known as the *The Garland of Sulpicia* (Section 2 in this edition, and throughout referred to as "Garland"). The poems, all thematically and stylistically in the tradition of Roman Love Elegy, deal with the love of Sulpicia, daughter of one Servius Sulpicius Rufus, and relative and (after her father's death) ward of Messalla, for a young man whom she calls Cerinthus, which is probably a pseudonym. Two are written in the person of Sulpicia (Garland 2 and 4), and the others in the person of the poet who, as an outsider, observes the love-affair of Sulpicia and Cerinthus. Many have ascribed the poems to Tibullus, but the evidence for this is weak.

After the Garland come six short elegies (a total of 40 lines), purportedly by Sulpicia herself (in this edition Section 3, "Sulpicia"). These are all concerned with her love for Cerinthus, and four of them (Sulpicia 3-6) are directly addressed to him.

Finally (Section 4 in this edition) there are two elegies by another unknown author which, once more, have often been attributed to Tibullus himself, because the author gives himself that name ("Two Poems" 2.13). Again arguments for their authenticity are not conclusive.

## SELECT BIBLIOGRAPHY

Note: The text is that of J. P. Postgate's Oxford Classical Text (2nd ed. 1915). Grammatical references are to E. C. Woodcock *A New Latin Syntax* (London, 1959) and the Oxford Latin Dictionary (OLD).

### *Editions:*

*The Elegies of Albius Tibullus:* The Corpus Tibullianum edited with introduction and Notes on Books I, II and IV, 2-14, by Kirby Flower Smith (reprinted Darmstadt, 1964). (Omits Lygdamus)

*Albii Tibulli Carmina: Accedunt Sulpiciae Elegidia.*

Ed. Geyza Némethy (Budapest, 1905). (Omits Lygdamus)

*Tibulle et les Auteurs du Corpus Tibullianum.*

Ed. A. Cartault (Paris, 1909).

*Tibulle et les Auteurs du Corpus Tibullianum.*

Ed. L. Pichard (Paris, 1924).

*Appendix Tibulliana.*

Ed. Hermann Tränkle (Berlin, 1990).

### *Translations:*

J. P. Postgate in *Catullus, Tibullus and Pervigilium Veneris* (Loeb Classical Library: Cambridge, Mass. Revised and Reprinted 1924) pp. 287-339.

Philip Dunlop, *Tibullus: Poems* (Penguin: Harmondsworth 1972) pp. 117-155.

### *Other:*

Esther Bréguet, *Le Roman de Sulpicia: Elégies IV, 2-12 du Corpus Tibullianum* (Rome, 1972).

Ceri Davies, "Poetry in the 'Circle' of Messalla" *G & R* 20 (1973) 23-35.

Id., "The Elegies of Lygdamus: some considerations" *Trivium* 1974, 26-38.

N. J. Lowe, "Sulpicia's Syntax" *CQ* N.S. 38 (1988) 193-205.

G. Luck, *The Latin Love Elegy*. (London: 2nd ed. 1969)

Chapter 6 "Minor Talents."

Matthew S. Santirocco, "Sulpicia Reconsidered" *CJ* 74 (1979) 229-39.

## METRICAL INTRODUCTION

Quantitative metre is based on various patterns of long (-) and short (u) syllables. Strictly speaking, one should know the quantity of a syllable (that is, whether it is long or short) by knowing whether the vowel in that syllable is naturally (i.e. is pronounced as) a long or a short; e.g. *hīc*, "this", and the first vowel in *māneo*, "I stay", are naturally short, whereas *hīc*, "here", and the first vowel in *māne*, "in the morning" are naturally long.

However, a number of factors will help the student towards the metrical analysis (or "scansion") of a line, even if he/she is unsure of vowel-quantities:

1. A syllable, even if its vowel is naturally short, will be lengthened if followed by two or more consonants, whether or not those consonants are in the same word: e.g., primūs caram (Lygdamus 2.1) iuenēm ferreus (Lygdamus 2.2).

Note:

- a. Exceptions are when a vowel is followed by a "mute" (b, p, d, t, g or c) plus a "liquid" (l or r). So pātres or pātres.
  - b. Letters "made up" of two consonants (x = cs; z = ts) count as two consonants. So felix, rixa.
  - c. i may be a vowel (felix, hic) but sometimes it is a consonant (iam, iubeo).
  - d. qu counts as a single consonant (Lygdamus 1.3 undique pompa).
2. Diphthongs (e.g., ae, oe) are naturally long if they are pronounced as a single vowel (e.g. filiāe mōenia, fōedus).
  3. A word ending with a vowel or m "elides", or "runs into", a following word beginning with a vowel: e.g., Lygdamus 1.9 lutea sed nive(um) inuoluat. But if the second word is es or est, its e is suppressed (prodelision): e.g., Lygdamus 1.19, mutua cura (e)st
  4. h is not pronounced and so is ignored in scansion.

### The Elegiac Couplet

The authors of the poems in the Tibullan corpus are all elegists, that is to say they write in elegiac couplets, the standard metre for Latin love poetry. The elegiac couplet is made up of a hexameter, a six-foot line, followed by a pentameter, regarded as a five-foot line.

In the hexameter, the foot may be one of two kinds: a spondee, i.e., two long syllables (- -), or a dactyl, i.e., a long syllable followed by two short syllables (- uu). The fifth foot is almost always a dactyl, and the sixth is invariably a spondee (or a long followed by a short, which is said to be "lengthened by position"). The first four feet may be any combination of dactyls and spondees. Students first approaching elegy may find it easiest to "mark off" the fifth-foot dactyl and sixth-foot spondee before commencing the scansion of the rest of the line.

The *caesura* is a break between words within the metrical foot. So a hexameter may have several *caesurae*, but there will also be a main or central *caesura* (marked ^), usually in the third foot. So line 1 of Lygdamus is scanned as follows:

Mārtīs Rōmānī ^ fēstāe vērēre kālēndāe

The pentameter, which is also composed of dactyls and spondees, falls into two halves of 2 1/2 feet separated by a word break (*diaeresis*). The first two feet may be either dactyls or spondees, but the rest of the line is invariably - || - uu | - uu | -, i.e., two dactyls preceded and followed by the two half-feet which, as it were, make up a spondee. So line 2 of Lygdamus is scanned:

ēxōrītēs nōstrīs || hīc fūit ānnūs āvīs.

Again students might be advised to work from the end of the line, filling in the long, dactyl, dactyl, long, before determining the nature of the two remaining feet.

Sulpicia 4 is scanned thus:

- - | - -| - -| - - | - uu | - -  
gratum (e)st, securus^multum quod iam tibi de me

- -| - v v| -||- v v| - v v | -  
permittis, subito ne mal(e) inepta cadam.

- v v| - v v| - v v| - -| - v v| - -  
sit tibi cura togae^potior pressumque quasillo

- - | - -| -||-uu | - vv| -  
scortum quam Servi filia Sulpicia

- vv| - | - -| - v v | - v v| - -  
solliciti sunt pro nobis,^quibus illa dolori (e)st

- - | - -| -||- v v | - v v| -  
ne ced(am) ignoto maxima causa toro.

LIBER TERTIVS  
(LYGDAMI ALIORVMQVE)

LYGDAMI ELEGIAE

I

MARTIS Romani festae uenere kalendae  
(exoriens nostris hic fuit annus auis),  
et uaga nunc certa discurrunt undique pompa  
perque uias urbis munera perque domos.  
dicite, Pierides, quonam donetur honore 5  
seu mea, seu fallor, cara Neera tamen.  
' carmine formosae, pretio capiuntur auarae :  
gaudeat, ut digna est, uersibus illa nouis.  
lutea sed niueum inuoluat membrana libellum,  
pumex et canas tondeat ante comas, 10  
summaque praetexat tenuis fastigia chartae  
indicet ut nomen littera facta tuum,  
atque inter geminas pingantur cornua frontes :  
sic etenim comptum mittere oportet opus.'  
per uos, auctores huius mihi carminis, oro 15  
Castaliamque umbram Pieriosque lacus,  
ite domum cultumque illi donate libellum,  
sicut erit : nullus defluat inde color.  
illa mihi referet, si nostri mutua cura est,  
an minor, an toto pectore deciderim. 20

Liber explicit secundus. Incipit tertius ad Neeram Amasiam suam  
R<sup>ca</sup> A

I 7-14 cum Mureto Musis dedi 7 precio capiuntur auari Par.  
8 nouis scripsi : meis A : tuis Muretus 10 pumex et ψ : pumicet  
et A 11 praetexat g : protexit A carte A 12 picta Liuiueius  
tuum] meum ψ uulg. 15 per uos g : paruos A 16 umbram  
g : umbrosam A 20 an maneam ψ

## LYGDAMI ELEGIAE

sed primum meritam larga donate salute  
atque haec submisso dicite uerba sono :  
'haec tibi uir quondam, nunc frater, casta Neaera,  
mittit et accipias munera parua rogat,  
teque suis iurat caram magis esse medullis, 25  
siue sibi coniunx siue futura soror :  
sed potius coniunx : huius spem nominis illi  
auferet extincto pallida Ditis aqua.'

### II

QVI primus caram iuueni carumque puellae  
eripuit iuuenem, ferreus ille fuit.  
durus et ille fuit, qui tantum ferre dolorem,  
uiuere et erepta coniuge qui potuit.  
non ego firmus in hoc, non haec patientia nostro 5  
ingenio : frangit fortia corda dolor.  
nec mihi uera loqui pudor est uitaeque fateri,  
tot mala perpressae, taedia nata meae.  
ergo cum tenuem fuero mutatus in umbram  
candidaque ossa supra nigra fauilla teget, 10  
ante meum ueniat longos incompta capillos  
et fleat ante meum maesta Neaera rogam.  
sed ueniat carae matris comitata dolore :  
maereat haec genero, maereat illa uiro.  
praefatae ante meos manes animamque recentem 15  
perfusaeque pias ante liquore manus,  
pars quae sola mei superabit corporis, ossa  
incinctae nigra candida ueste legent,  
et primum annoso spargent collecta lyaeo,  
mox etiam niueo fundere lacte parent, 20

21 meritam g: meritum A

26 sibi g: tibi A

II 1, 2 habent Fr.

5 in A patien tantum a prima manu

tia firo ab altera erasis post en III uel IV litteris et nota quae super en

steterat: patientia nostro V: patiemur et aequo ψ

6 frangit

fortia corda dolor habent Par.

7 est g: om. A

10 supra A:

super g fort. recte

15 recentem scripsi: rogare A: precatae g

post haec carbaseis umorem tollere uelis  
 atque in marmorea ponere sicca domo.  
 illic quas mittit diues Panchaia merces  
 Eoique Arabes, diues et Assyria,  
 et nostri memores lacrimae fundantur eodem: 25  
 sic ego componi uersus in ossa uelim.  
 sed tristem mortis demonstrat littera causam  
 atque haec in celebri carmina fronte notet :  
 LYGDAMVS HIC SITVS EST: DOLOR HVIC ET CVRA  
 NEAERAE,  
 CONIVGIS EREPTAE, CAVSA PERIRE FVIT. 30

## III

QVID prodest caelum uotis implere, Neaera,  
 blandaque cum multa tura dedisse prece,  
 non ut marmorei prodirem e limine tecti,  
 insignis clara conspicuusque domo,  
 aut ut multa mei renouarent iugera tauri 5  
 et magnas messes terra benigna daret,  
 sed tecum ut longae sociarem gaudia uitae  
 inque tuo caderet nostra senecta sinu,  
 tunc cum permensio defunctus tempore lucis  
 nudus Lethaea cogerer ire rate? 10  
 nam graue quid prodest pondus mihi diuitis auri,  
 aruaque si findant pingua mille boues?  
 quidue domus prodest Phrygiis innixa columnis,  
 Taenare siue tuis, siue Caryste tuis,  
 et nemora in domibus sacros imitantia lucos 15  
 aurataeque trabes marmoreumque solum?

21 uelis  $\psi$ : uentis *A*      23 illuc  $\psi$  *fort. recte*      23, 24 diues  
*bis uix sanum*: pinguis et *A*.  $\psi$  *fort. recte*      29 cura  $\psi$ : cã (= causa)  
*A*      Neaerae  $\psi$ : neera *A*

III 7 sociarem *g*: sociarent *A*      9 permensae  $\psi$       11-13  
*habent Par.*      11 Quid prodesse potest pondus graue d. a. *Par.*  
 14 cariste  $\psi$ : thariste *A*      16-22 *habent Par.*

LYGDAMI ELEGIAE

quidue in Erythraeo legitur quae litore concha  
 tinctaque Sidonio murice lana iuuat,  
 et quae praeterea populus miratur? in illis  
 inuidia est: falso plurima uulgus amat. 20  
 non opibus mentes hominum curaeque leuantur:  
 nam Fortuna sua tempora lege regit.  
 sit mihi paupertas tecum iucunda, Néaera:  
 at sine te regum munera nulla uolo.  
 o niueam quae te poterit mihi reddere lucem! 25  
 o mihi felicem terque quaterque diem!  
 at si, pro dulci reditu quaecumque uouentur,  
 audiat auersa non meus aure deus,  
 nec me regna iuuant nec Lydius aurifer amnis  
 nec quas terrarum sustinet orbis opes. 30  
 haec alii cupiant; liceat mihi paupere cultu  
 securo cara coniuge posse frui.  
 adsis et timidis faueas, Saturnia, uotis,  
 et faueas concha, Cypria, uecta tua.  
 aut si fata negant reditum tristesque sorores, 35  
 stamina quae ducunt quaeque futura canunt,  
 me uocet in uastos amnes nigramque paludem  
 diues in ignaua luridus Orcus aqua.

IV

DI meliora ferant, nec sint mihi somnia uera,  
 quae tulit hesterna pessima nocte quies.

17 legitur qu(a)e *Par.*: legiturq; in *A* 20 inuidia est *Par.*:  
 inuida quae *A* 21, 22 habent *Fr.* 21 hominum *Fr. Par.*:  
 homini *A* 22 nam *A Par.*: nec *Fr.* regit *Par.*: gerit *A Fr.*  
 24 at *g*: et *A* 28 auersa  $\psi$ : aduersa *A* 29-32 habent  
*Par.* 29 non me *Par.* lidius aurifer amnis habent *Fr.*: lidius  
 etiam *A Par.* 32 securo uitae munere p. f. *Par.* 35 tripli-  
 cesque *S. Allen coll. Ou. Met. viii. 452 sq.* 36 canunt *Heinsius*:  
 neunt *A soloece* 38 diues merito suspectum luridus Orcus  
 habent *Fr.*

ite procul, uani, falsumque auertite uisum :  
 desinite in nobis quaerere uelle fidem.  
 diui uera monent, uenturae nuntia sortis 5  
 uera monent Tuscis exta probata uiris :  
 somnia fallaci ludunt temeraria nocte  
 et puidas mentes falsa timere iubent?  
 et tnatum maturast hominum genus omina noctis  
 farre pio placant et saliente sale? 10  
 et tamen, utcumque est, siue illi uera moneri,  
 mendaci somno credere siue solent,  
 efficiat uanos noctis Lucina timores  
 et frustra immeritum pertimuisse uelit,  
 si mea nec turpi mens est obnoxia facto 15  
 nec laesit magnos impia lingua deos.  
 iam Nox aetherium nigris emensa quadrigis  
 mundum caeruleo lauerat amne rotas,  
 nec me sopierat menti deus utilis aegrae :  
 Somnus sollicitas deficit ante domos. 20  
 tandem, cum summo Phoebus prospexit ab ortu,  
 pressit languentis lumina sera quies.  
 hic iuuenis casta redimitus tempora lauro  
 est uisus nostra ponere sede pedem.  
 non illo quicquam formosius ulla priorum 25  
 aetas, humanum nec uidet ulla domus.  
 intonsi crines longa ceruice fluebant,  
 stillabat Syrio myrrhea rore coma.

IV 3, 4 post 16 *reponerem* : uanum  $\psi$  nobis *Guyetus* : uotis *A*  
 7, 8 *habent Fr Par.* 9 *natum in curas uel uanum metuens uel uatum*  
*metuens  $\psi$*  11 *monenti g haud scio an recte* 12 *solent scripsi* :  
 uolent *A* 14 *pertinuisse A man. prima* 17 *aetherium  $\psi$*  :  
 ethereum *A* emensa  $\psi$  : emersa *A* 19 *sopierat habent Fr.*  
 menti sopor utilis egre est *habent Par.* 21 *summo . . . ab Oeta*  
*Markland* 26 *humanum (id est hominum) A : heroum nec tulit*  
*(melius dedit) Lachmann* ulla domus *Lachmann* : illud opus *A*  
 28 *Syrio  $\psi$  : tyrio A, cf. vi. 63* myrrea *g* : mirtha *A*

LYGDAMI ELEGIAE

candor erat qualem praefert Latonia Luna,  
 et color in niueo corpore purpureus, 30  
 ut iuueni primum uirgo deducta marito  
 inficitur teneras ore rubente genas,  
 et cum contexunt amarantis alba puellae  
 lilia et autumnno candida mala rubent.  
 ima uidebatur talis inludere palla: 35  
 namque haec in nitido corpore uestis erat.  
 artis opus rarae, fulgens testudine et auro  
 pendebat laeua garrula parte lyra.  
 hanc primum ueniens plectro modulatus eburno  
 felices cantus ore sonante dedit: 40  
 sed postquam fuerant digiti cum uoce locuti,  
 edidit haec dulci tristia uerba modo:  
 ‘salue, cura deum: casto nam rite poetae  
 Phoebusque et Bacchus Pieridesque fauent:  
 sed proles Semelae Bacchus doctaeque sorores 45  
 dicere non norunt quid ferat hora sequens:  
 at mihi fatorum leges aeuique futuri  
 euentura pater posse uidere dedit.  
 quare ego quae dico non fallax accipe uates  
 quamque deus uero Cynthus ore ferar. 50  
 tantum cara tibi quantum nec filia matri,  
 quantum nec cupido bella puella uiro,  
 pro qua sollicitas caelestia numina uotis,  
 quae tibi securos non sinit ire dies  
 et, cum te fuscō Somnus uelauit amictu, 55  
 uanum nocturnis fallit imaginibus,  
 carminibus celebrata tuis formosa Neaera  
 • alterius mauult esse puella uiri,

33 aut cum ψ      41 loquti A      42 dulci tristia *Broukhusius*:  
 tristi dulcia A      45 semele A      47 euique A: cuique V  
 50 quamque *scripsi Classical Quarterly* t. vi, p. 40: quidque A: quod-  
 que g *uulg.*      ferar *scripsi*: ferat A: feram *Broukhusius uulg.*

diuersasque suas agitat mens impia curas,  
 nec gaudet casta nupta Neaera domo. 60  
 a crudele genus nec fidum femina nomen!  
 a pereat, didicit fallere si qua uirum.  
 sed flecti poterit: mens est mutabilis illis:  
 tu modo cum multa bracchia tende prece.  
 saeuus Amor docuit ualidos temptare labores, 65  
 saeuus Amor docuit uerbera posse pati.  
 me quondam Admeti niueas pauisse iuuenas  
 non est in uanum fabula ficta iocum:  
 tunc ego nec cithara poteram gaudere sonora  
 nec similes chordis reddere uoce sonos, 70  
 sed perlucenti cantum meditabar auena  
 ille ego Latonae filius atque Iouis.  
 nescis quid sit amor, iuuenis, si ferre recusas  
 immitem dominam coniugiumque ferum.  
 ergo ne dubita blandas adhibere querellas: 75  
 uincuntur molli pectora dura prece.  
 quod si uera canunt sacris oracula templis,  
 haec illi nostro nomine dicta refer:  
 hoc tibi coniugium promittit Delius ipse;  
 felix hoc alium desine uelle uirum.' 80  
 dixit, et ignauus defluxit corpore somnus.  
 a ego ne possim tanta uidere mala.  
 nec tibi crediderim uotis contraria uota  
 nec tantum crimen pectore inesse tuo.

59 suis *Muretus*: tuis *Lipsius* 60 neaera g: nereia *A*  
 63 mens est mutabilis illis *habent Par.* 64 prece  $\psi$ : fide *A*  
 65 *habuit F (uetus fragmentum Cuiacii quod hic uidetur incepisse): om.*  
*A: saeuus amor docuit dominae fera uerba minantis Cuiacianus*  
*ualidos] uarios L. Mueller labores] leones Huschke 66 habent*  
*Fr. posse A Fr.: saeua F 69 canora  $\psi$  71 cantus*  
*Plant(iniana editio) fort. F: cantu in cantus mutatum Cuiacianus*  
 76 *habent Par.* 80 hoc *F teste Scaligero in castigationibus et*  
*Plant. in contextu: ac A Cuiacianus cuius lectionem Scaliger in marg.*  
*Plant. adscripsit 81 corpore A Cuiacianus Plant.: pectore  $\psi$*

LYGDAMI ELEGIAE

nam te nec uasti genuerunt aequora ponti 85  
 nec flammam uoluens ore Chimaera fero  
 nec canis anguina redimitus terga caterua,  
 cui tres sunt linguae tergeminumque caput,  
 Scyllaque uirginem canibus succincta figuram,  
 nec te conceptam saeua leaena tulit, 90  
 barbara nec Scythiae tellus horrendaue Syrtris;  
 sed culta et duris non habitanda domus  
 et longe ante alias omnes mitissima mater  
 isque pater quo non alter amabilior.  
 haec deus in melius crudelia somnia uertat 95  
 et iubeat tepidos inrita ferre Notos.

V

Vos tenet, Etruscis manat quae fontibus unda,  
 unda sub aestiuum non adeunda Canem,  
 nunc autem sacris Baiarum proxima lymphis,  
 cum se purpureo uere remittit humus.  
 at mihi Persephone nigram denuntiat horam: 5  
 immerito iuueni parce nocere, dea.  
 non ego temptaui nulli temeranda uirorum  
 audax laudandae sacra docere deae,  
 nec mea mortiferis infecit pocula sucis  
 dextera nec cuiquam trita uenena dedit, 10  
 nec nos sacrilegos templis admouimus ignes,  
 nec cor sollicitant facta nefanda meum,

87 canis anguina *scripsi*: canis anguinea *g Cuiacianus Plant.*: con-  
 sanguinea *A* 89 succincta *F*: submixta *A Cuiacianus* 92  
 diris *Plant.* 96 irrita *ψ Plant.*: impia *A Cuiacianus*  
 V 1 Vos *g Plant.*: Os *V*: Nos *A* 3 proxima *Scioppius*:  
 maxima *A Plant.* 7 uirorum *ψ*: deor uirorum *Cuiacianus (cf.*  
*Scaligerum in castigg.)*: deorum *A Plant. (et, ut suspicor, F)*:  
 piorum *ψ* 8 celandae *ψ* 10 trita *F teste Scaligero in*  
*castigg.*: certa *A Plant. Cuiacianus* 11 sacrilegos *g Plant.*:  
 sacrilegis *A*: sacrilegi *Cuiacianus cetera ut A* admouimus *g*  
*Plant.*: amouimus *A* ignes *g Plant.*: egros *A* 12 *Par.*  
*habent* sollicitant pectus facta nefanda reum facta] furta *Baehrens*

nec nos insanae meditantes iurgia mentis  
 impia in aduersos soluimus ora deos.  
 et nondum cani nigros laesere capillos, 15  
 nec uenit tardo curua senecta pede.  
 natalem primo nostrum uidere parentes,  
 cum cecidit fato consul uterque pari.  
 quid fraudare iuuat uitem crescentibus uuis  
 et modo nata mala uellere poma manu? 20  
 parcite, pallentes undas quicumque tenetis  
 duraque sortiti tertia regna dei.  
 Elysios olim liceat cognoscere campos  
 Lethaeamque ratem Cimmeriosque lacus,  
 cum mea rugosa pallebunt ora senecta 25  
 et referam pueris tempora prisca senex.  
 atque utinam uano nequiquam terrear aestu!  
 languent ter quinos sed mea membra dies.  
 at uobis Tuscae celebrantur numina lymphae  
 et facilis lenta pellitur unda manu. 30  
 uiuite felices, memores et uiuite nostri,  
 siue erimus seu nos fata fuisse uelint.  
 interea nigras pecudes promittite Diti  
 et niuei lactis pocula mixta mero.

## VI

CANDIDE Liber ades : sic sit tibi mystica uitis  
 semper, sic hedera tempora uincta feras :  
 aufer et ipse meum patera medicante dolorem :  
 saepe tuo cecidit munere uictus Amor.

13 meditantes *g Plant.* : meditantis *A* 15, 16 habent *Par.*  
 15 sepe quidem cani *Par.* 16 nec uenit tacito *Par.* 19,  
 20 habent *Fr. Par.* 27 nequiquam  $\psi$  : necquiquam *A* 29  
 at uobis *g* : at nobis *Cuiacianus* : atq; nobis *A* 32 uolent  $\psi$   
 VI 1 uitis *g* : uictis *A* 2 edera habent *Fr.* geras *g Status*  
*fort. recte* 3 patera medicante *Waardenburg* : pariter medicando  
*A Plant.* : pariles medicate *ipse temptaui*

LYGDAMI ELEGIAE

care puer, madeant generoso pocula baccho, 5  
 et nobis prona funde Falerna manu.  
 ite procul durum curae genus, ite labores :  
 fulserit hic niueis Delius alitibus.  
 uos modo proposito dulces faueatis amici,  
 neue neget quisquam me duce se comitem : 10  
 aut si quis uini certamen mite recusat,  
 fallat eum tecto cara puella dolo.  
 ille facit mites animos deus, ille ferocem  
 contudit et dominae misit in arbitrium ;  
 Armenias tigres et fuluas ille leaenas 15  
 uicit et indomitis mollia corda dedit.  
 haec Amor et maiora ualet. sed poscite Bacchi  
 munera : quem uestrum pocula sicca iuuant ?  
 conuenit ex aequo nec toruus Liber in illis  
 qui se quique una uina iocosa colunt : 20  
 †non uenit iratus nimium nimiumque seuerus† :  
 qui timet irati numina magna, bibat.  
 quales his poenas qualis quantusque minetur,  
 Cadmeae matris praeda cruenta docet.  
 sed procul a nobis hic sit timor, illaque, si qua est, 25  
 quid ualeat laesi sentiat ira dei.  
 quid precor a demens? uenti temeraria uota,  
 aerae et nubes diripienda ferant.  
 quamuis nulla mei superest tibi cura, Neaera,  
 sis felix et sint candida fata tua. 30

6 et *A Plant.* : i ψ                      7 habent *Par.*                      cure durum *Par.*  
 8 fulserit *g Cuiacianus Plant.* : pulserit *A*      Delius] *Idalis temptauit*,  
*Housman antea* *Idaliis* hic *Venus al.*                      13 habent *Par.*                      mites ψ :  
 dites *A*                      feroces *g Par.*                      15 *Armenias g* : *Armenas A*                      16  
 habent *Par.*                      17 ualet ψ : uolet *A Plant.*                      20 uina] uerba *Bolle*  
 21 conuenit . . . seueros *Lachmann* : iam uenit ψ *Plant.*                      fort. nam  
 uenit . . . seueris (*hoc Liuius*)                      23 qualis *F* : deus hic *A*  
 quantūq; *A*                      25, 26 iraque si qua est . . . illa dei *Huschke*

at nos securae reddamus tempora mensae :  
 uenit post multas una serena dies.  
 ei mihi, difficile est imitari gaudia falsa,  
 difficile est tristi fingere mente iocum,  
 nec bene mendaci risus componitur ore, 35  
 nec bene sollicitis ebria uerba sonant.  
 quid queror infelix? turpes discedite curae :  
 odit Lenaeus tristia uerba pater.  
 Gnoscias, Theseae quondam periuria linguae  
 fleuisti ignoto sola relictas mari : 40  
 sic cecinit pro te doctus, Minoi, Catullus  
 ingrati referens impia facta uiri.  
 uos ego nunc moneo : felix, quicumque dolore  
 alterius disces posse cauere tuom.  
 nec uos aut capiant pendentia brachia collo 45  
 aut fallat blanda sordida lingua prece.  
 etsi perque suos fallax iurauit ocellos  
 Iunonemque suam perque suam Venerem,  
 nulla fides inerit : periuria ridet amantum  
 Iuppiter et uentos inrita ferre iubet. 50  
 ergo quid totiens fallacis uerba puellae  
 conqueror? ite a me, seria uerba, precor.  
 quam uellem tecum longas requiescere noctes  
 et tecum longos peruigilare dies,  
 perfida nec merito nobis †inimica merenti† 55  
 perfida, sed, quamuis perfida, cara tamen !

32 multas *A Plant.* : multos *Cuiacianus* 33 nouum carmen  
*incipit in A : cum priore iunxit Muretus* 33-36 habent Fr. Par.  
 33 ei] hei ψ : et *Fr.* : si *A* : i *V* : heu quam d. *Par.* 34 locum  
*Fr. man. prima* 35, 36 nec] non bis *Par.* 43, 44 felix . . .  
 tuom *habent Fr. Par.* 44 disces *A Fr. Plant.* : didicit *Par.*  
 cauere *Fr. Par. F* : carere *A* tuom *Baehrens* : tuos *F* : tuo *A*  
*Fr.* : suum *Par.* 45, 46 habent *Par.* 45 ne uos decipiant *Par.*  
 46 nec capiat blanda *Par.* sordida *A Par. Plant.* : subdola  
*Heinsius* prece *Par. g* : fide *A Plant.* 47 iurabit ψ 51  
 quid ψ *Plant.* : qui *A Cuiacianus* 52 habent *Fr.* procul ψ

## LYGDAMI ELEGIAE

Naida Bacchus amat: cecissas, o lente minister?  
temperet annosum Marcia lymphæ merum.  
non ego, si fugit nostræ conuiuia mensæ  
ignotum cupiens uana puella torum,  
sollicitus repetam tota suspiria nocte.  
tu, puer, i, liquidum fortius adde merum.  
iam dudum Syrio madefactus tempora nardo  
debueram sertis implicuisse comas.

60

## DE SVLPICIA

### INCERTI AVCTORIS ELEGIAE

[TIBVLLI LIB. III. VIII = IV. II]

SVLPICIA est tibi culta tuis, Mars magne, kalendis:  
spectatum e caelo, si sapis, ipse ueni.  
hoc Venus ignoscet: at tu, uiolente, caueto  
ne tibi miranti turpiter arma cadant.

196 pronum *Burm.* 197 quodcumque  $\psi$  *Plant.*: quidcumque  
*A* 198 sit m.] sin m. *F* 200 nec *g Plant.*: om. *A*  
uincere *F*: mittere *A* 202 alterum uel om. *F* ut uidetur: habet  
*Cuiacianus* 203 statuent *g Plant.*: statuunt *A* 205 celerem  
*F*: fato. *A* 206 figura *A Cuiacianus*: figuram *Plant.* 210  
quandocumque *F*: inquecunq; *A*

VIII Laus Sulpitiae ad deum martem *R<sup>es</sup> A* 3 tu uiolente caueto  
*habent Fr.* 4 *habent Fr.*

illius ex oculis, cum uult exurere diuos, 5  
     accendit geminas lampadas acer Amor.  
 illam, quidquid agit, quoquo uestigia mouit,  
     componit furtim subsequiturque Decor.  
 seu soluit crines, fuis decet esse capillis :  
     seu compsit, comptis est ueneranda comis. 10  
 urit, seu Tyria uoluit procedere palla :  
     urit, seu niuea candida ueste uenit.  
 talis in aeterno felix Vertumnus Olympo  
     mille habet ornatus, mille decenter habet.  
 sola puellarum digna est cui mollia caris 15  
     uellera det sucis bis madefacta Tyros,  
 possideatque, metit quidquid bene olentibus aruis  
     cultor odoratae diues Arabs segetis,  
 et quascumque niger Rubro de litore gemmas  
     proximus Eois colligit Indus aquis. 20  
 hanc uos, Pierides, festis cantate kalendis,  
     et testudinea Phoebe superbe lyra.  
 hoc sollemne sacrum multos haec sumet in annos :  
     dignior est uestro nulla puella choro.

## [TIBVLLI LIB. III. IX = IV. III]

PARCE meo iuueni, seu quis bona pascua campi  
     seu colis umbrosi deuia montis aper,  
 nec tibi sit duros acuisse in proelia dentes ;  
     incolumem custos hunc mihi seruet Amor.  
 . . . . .  
 sed procul abducit uenandi Delia cura : 5  
     o pereant siluae deficientque canes !

13 uertūnus *habent Fr.*      14 habet *g Plant. Cuiacianus qui*  
 ht : hūc *A*      23 haec sumet *F* : hoc sumet *A Cuiacianus*      24  
 choro *g Plant. Cuiacianus* : thoro *A*

IX 3 praelia *F* : pectore *A*      post 4 uersus duo uel plures *ex-*  
*cidisse uidentur*

DE SVLPICIA

quis furor est, quae mens densos indagine colles  
 claudentem teneras laedere uelle manus?  
 quidue iuuat furtim latebras intrare ferarum  
 candidaque hamatis crura notare rubis? 10  
 sed tamen, ut tecum liceat, Cerinthe, uagari,  
 ipsa ego per montes retia torta feram,  
 ipsa ego uelocis quaeram uestigia cerui  
 et demam celeri ferrea uincla cani.  
 tunc mihi, tunc placeant siluae, si, lux mea, tecum 15  
 arguar ante ipsas concubuisse plagas:  
 tunc ueniat licet ad casses, inlaesus abibit,  
 ne ueneris cupidae gaudia turbet, aper.  
 nunc sine me sit nulla uenus, sed lege Dianae,  
 caste puer, casta retia tange manu: 20  
 et quaecumque meo furtim subrepat amori,  
 incidat in saeuas diripienda feras.  
 at tu uenandi studium concede parenti,  
 et celer in nostros ipse recurre sinus.

[TIBVLLI LIB. III. X = IV. IV]

Huc ades et tenerae morbos expelle puellae,  
 huc ades, intonsa Phoebe superbe coma.  
 crede mihi, propera: nec te iam, Phoebe, pigebit  
 formosae medicas applicuisse manus.  
 effice ne macies pallentes occupet artus, 5  
 neu notet informis candida membra color,  
 et quodcumque mali est et quidquid triste timemus,  
 in pelagus rapidis euehat amnis aquis.  
 sancte, ueni, tecumque feras, quicumque sapes,  
 quicumque et cantus corpora fessa leuant: 10  
 neu iuuenem torque, metuit qui fata puellae  
 uotaque pro domina uix numeranda facit.

10 hāmatis habent Fr.  
 19 nunc ψ: tunc A Plant.  
 surrepet Cuiacianus

X 6 candida ψ: pallida A

18 ne g Plant. Cuiacianus: da A  
 20 tange AF

21 et A: at F

8 rapidis V: rabidis A

interdum uouet, interdum, quod langueat illa,  
 dicit in aeternos aspera uerba deos.  
 pone metum, Cerinthe ; deus non laedit amantes. 15  
 tu modo semper ama : salua puella tibi est.  
 nil opus est fletu : lacrimis erit aptius uti, 21  
 si quando fuerit tristior illa tibi. 22  
 at nunc tota tua est, te solum candida secum 17  
 cogitat, et frustra credula turba sedet.  
 Phoebe, faue : laus magna tibi tribuetur in uno  
 corpore seruato restituisse duos. 20  
 iam celebrer, iam laetus eris, cum debita reddet 23  
 certatim sanctis laetus uterque focus.  
 tunc te felicem dicet pia turba deorum, 25  
 optabunt artes et sibi quisque tuas.

## [TIBVLLI LIB. III. XI = IV. V]

QVI mihi te, Cerinthe, dies dedit, hic mihi sanctus  
 atque inter festos semper habendus erit.  
 te nascente nouum Parcae cecinere puellis  
 seruitium et dederunt regna superba tibi.  
 uror ego ante alias : iuuat hoc, Cerinthe, quod uror, 5  
 si tibi de nobis mutuus ignis adest.  
 mutuus adsit amor, per te dulcissima furta  
 perque tuos oculos per Geniumque rogo.  
 magne Geni, cape tura libens uotisque faueto,  
 si modo, cum de me cogitat, ille calet. 10  
 quod si forte alios iam nunc suspirat amores,  
 tum precor infidos, sancte, relinque focos.

21, 22 post 16 reposuit  $\psi$  17 at V: ac A 24 laetus]  
 gratus Martinon : lotus Broukhusius (lautus Haupt in u. 23)  
 XI 1 Qui mihi F: Est qui A: St qui V 4 dederunt g  
 Plant. : dederant A Cuiacianus 6 ne  $\psi$  : ne de A 7 per  
 te AF 9 magne  $\psi$  : mane A Plant. 10 calet  $\psi$  : ualet A :  
 uolet F 11 suspirat  $\psi$  Plant. : suspiret A 12 tum  $\psi$  : tunc A

DE SVLPICIA

nec tu sis iniusta, Venus: uel seruiat aequē  
 uinctus uterque tibi uel mea uincla leua.  
 sed potius ualida teneamur uterque catena, 15  
 nulla queat posthac quam soluisse dies.  
 optat idem iuuenis quod nos, sed tectius optat:  
 nam pudet haec illum dicere uerba palam.  
 at tu, Natalis, quoniam deus omnia sentis,  
 adnue: quid refert, clamne palamne roget? 20

[TIBVLLI LIB. III. XII = IV. VI]

NATALIS Iuno, sanctos cape turis aceruos,  
 quos tibi dat tenera docta puella manu.  
 tota tibi est hodie, tibi se laetissima compsit,  
 staret ut ante tuos conspicienda focos.  
 illa quidem ornandi causas tibi, diua, relegat: 5  
 est tamen, occulte cui placuisse uelit.  
 at tu, sancta, faue, neu quis diuellat amantes,  
 sed iuueni quaeso mutua uincla para.  
 sic bene compones: ullae non ille puellae  
 seruire aut cuiquam dignior illa uiro. 10  
 nec possit cupidos uigilans deprendere custos  
 fallendique uias mille ministret Amor.  
 adnue purpureaque ueni perlucida palla:  
 ter tibi fit libo, ter, dea casta, mero,  
 praecipit et natae mater studiosa quod optet: 15  
 illa aliud tacita iam sua mente rogat.  
 uritur ut celeres urunt altaria flammae,  
 nec, liceat quamuis, sana fuisse uelit.

16 quam ψ: hanc *Rosberg Palmer*: om. *A* in III litterarum spatio  
 17 tectius ψ: tutius *A Plant.* 18 haec *g Plant. Cuiacianus*: hic *A*  
 20 referet *V*: referet *A* clamne palamne ψ *Plant.*: clamue  
 palamue *A*  
 XII 3 tota] lota *Guyetus* 5 ornandi *g Plant.*: orandi *A*  
 7 neu quis *F*: ne nos *A* 9 ullae *AF* 10 cuiquam *g*  
*Plant. Cuiacianus*: cuidam *A* 13 -que *g Plant. Cuiacianus*: om.  
*A* 14 fit *g*: sic *A Cuiacianus*: sit *Plant.* mero, (*edd. mero.*)  
*interpunxi* 15 optat *A* 16 sua *AF*: tua *Baehrens*

†sis iuueni grata, ueniet cum proximus annust,  
hic idem uotis iam uetus adsit amor.

20

## SVLPICIAE ELEGIDIA

[TIBVLLI LIB. III. XIII = IV. VII]

TANDEM uenit amor, qualem texisse pudori  
quam nudasse alicui sit mihi fama magis.  
exorata meis illum Cytherea Camenis  
attulit in nostrum deposuitque sinum.  
exoluit promissa Venus: mea gaudia narret,  
dicetur si quis non habuisse sua. 5  
non ego signatis quicquam mandare tabellis,  
me legat ut nemo quam meus ante, uelim,  
sed peccasse iuuat, uultus componere famae  
taedet: cum digno digna fuisse ferar. 10

[TIBVLLI LIB. III. XIV = IV. VIII]

INVISVS natalis adest, qui rure molesto  
et sine Cerintho tristis agendus erit.  
dulcius urbe quid est? an uilla sit apta puellae  
atque Arretino frigidus amnis agro?

19 sis *F*: si *A*: sic *Statius* grata] fort. grate: gratum *Statius*:  
sis, luno, grata ac *Gruppe*: grata ut *Eberz* ueniet *A Cuiacianus*:  
adueniet *Plant.* 20 iam ratus *Prien* adsit  $\psi$ : esset *A*

XIII Gratulatio ad uenerem de amoris obtentu *R<sup>ca</sup> A*

1 *bis scriptus in A cum titulum carminis et praecedat et sequatur*  
pudori *A* priore loco: pudore posteriore 2 minor  $\psi$   
6 sua *F*: suam *A* 8 me *A*: ne *g Plant.* ut *Cuiacianus*: id  
*A Plant.* nemo *g Plant.* *Cuiacianus*: uenio *A* quam  $\psi$ , qm̄ *A*

XIV *Titulus in A Messale R<sup>ca</sup>, in F Sulpitia ad Messallam cf. Hiller*  
*Rheinisches Museum a 1874 p. 106*

4 Arretino *g Cuiacianus*: aretino *A Plant.*: Reatino *Huschke*  
*Arnus*  $\psi$

SVLPICIAE ELEGIDIA

iam, nimium Messalla mei studiose, quiescas ; 5  
 non tempestivae saepe, propinque, uiae.  
 hic animum sensusque meos abducta relinquo,  
 arbitrio quam uis non sinit esse meo.

[TIBVLLI LIB. III. XV = IV. IX]

Scis iter ex animo sublatum triste puellae?  
 natali Romae iam licet esse tuo.  
 omnibus ille dies nobis natalis agatur,  
 qui nec opinanti nunc tibi forte uenit.

[TIBVLLI LIB. III. XVI = IV. X]

GRATVM est, securus multum quod iam tibi de me  
 permittis, subito ne male inepta cadam.  
 sit tibi cura togae potior pressumque quasillo  
 scortum quam Serui filia Sulpicia :  
 solliciti sunt pro nobis, quibus illa dolori est 5  
 ne cedam ignoto maxima causa toro.

[TIBVLLI LIB. III. XVII = IV. XI]

ESTNE tibi, Cerinthe, tuae pia cura puellae,  
 quod mea nunc uexat corpora fessa calor?  
 a ego non aliter tristes euincere morbos  
 optarim, quam te si quoque uelle putem.  
 at mihi quid prosit morbos euincere, si tu 5  
 nostra potes lento pectore ferre mala?

6 non  $\psi$  *Cuiacianus Plant.* : neu *A* uiae *plurale esse primus intellexit Némethy* 8 quam uis *Statius* : quamuis *A Plant.* sinit *Statius* : sinis *A*

XV 2 iam licet *F* : non sinet *A* tuo *AF uix recte* : suo  $\psi$  : meo *Huschke* 3, 4 *grauiter corrupti* o. i. bonis diues n. a. | q. n. opinata n. t. forte (*uel sorte*) u. *Housman* : forte o. i. d. annis tam laetus (tam l. *Baehrens*) a. | quam (*hoc Baehrens*) etc.

XVI 1 tibi  $\psi$  : mihi *A* 2 promittis *Heinsius* 5 doloris *Rigler, cum causa coniungendum* 6 nec *A Cuiacianus Plant.* cedam *Statius* : credam *A Cuiacianus Plant.* causa *AF*

XVII 1 pia cura  $\psi$  : placitura *A* 3 a] ha *A* : ah *V* : ha in ah *mutatum Cuiacianus* 5 at *F* : ah *V* : ha *A* si *gV corr.* : quid *AV Cuiacianus Plant.* 6 lento *F Cui.* : leto *A Cui. marg.*

## [TIBVLLI LIB. III. XVIII = IV. XII]

NE tibi sim, mea lux, aequae iam feruida cura  
 ac uideor paucos ante fuisse dies,  
 si quicquam tota commisi stulta iuuenta  
 cuius me fatear paenituisse magis,  
 hesternam quam te solum quod nocte reliqui, 5  
 ardorem cupiens dissimulare meum.

## INCERTI AVCTORIS CARMINA

## [TIBVLLI LIB. III. XIX = IV. XIII]

NULLA tuum nobis subducat femina lectum :  
 hoc primum iuncta est foedere nostra uenus.  
 tu mihi sola places, nec iam te praeter in urbe  
 formosa est oculis ulla puella meis.  
 atque utinam posses uni mihi bella uideri! 5  
 displiceas aliis : sic ego tutus ero.  
 nil opus inuidia est, procul absit gloria uulgi :  
 qui sapit, in tacito gaudeat ille sinu.  
 sic ego secretis possum bene uiuere siluis,  
 qua nulla humano sit uia trita pede. 10  
 tu mihi curarum requies, tu nocte uel atra  
 lumen, et in solis tu mihi turba locis.  
 nunc licet e caelo mittatur amica Tibullo,  
 mittetur frustra deficietque uenus.  
 hoc tibi sancta tuae Iunonis numina iuro, 15  
 quae sola ante alios est mihi magna deos.

XVIII *Adhaeret priori in A in quo bis exstat cum hic tum post Lygdami el. vi*

1 ne *A* priore loco, hic nec sim *A* hic, sit priore loco iam *A*  
 hic, tam priore loco 2 ac *AF* uideor *FA* priore loco, uideas *A* hic

XIX Alloquitur puellam et amasiam innominatam *A*

3 mihi  $\psi$  *Plant.* : mō (= modo) *A* 5 possis  $\psi$  8 ille  $\psi$   
*Plant.* : ipse *A* 15 hec *V* : haec per *Plant.* 16 mihi 'libri nostri'  
*h. e. F Scaliger in cast.* : tibi *A Cuiacianus Plant.*

[TIBVLLI]

quid facio demens? heu heu mea pignora cedo.

iuravi stulte: proderat iste timor.

nunc tu fortis eris, nunc tu me audacius ures:

hoc peperit misero garrula lingua malum.

20

iam faciam quodcumque uoles, tuus usque manebo,

nec fugiam notae seruitium dominae,

sed Veneris sanctae considam uinctus ad aras:

haec notat iniustos supplicibusque fauet.

[TIBVLLI LIB. III. XX = IV. XIV]

RVMOR ait crebro nostram peccare puellam:

nunc ego me surdis auribus esse uelim.

crimina non haec sunt nostro sine facta dolore:

quid miserum torques, rumor acerbe? tace.

# THE MINOR AUTHORS OF THE CORPUS TIBULLIANUM

## LYGDAMUS 1

([Tib.] 3.1)

Dedication: A present for Neaera on the day of the *Matronalia*.

1. **Martis...kalendae:** 1st March, the day of the *Matronalia* or the so-called "women's kalends" when presents were given to women.

**Romani:** Mars was, after Jupiter, the chief Roman god, and according to legend was the father of the city's founder, Romulus.

**uenerere = uenerunt.**

2. **exoriens < exorior,** "rise, appear above the horizon." Lit.: "This was the rising year," trans.: "the year's beginning." Until 153 BC the Roman calendar consisted of only ten months, March to December. March 1st was, therefore, the old "New Year's Day."

3. **uaga:** with *munera* (4). The same idea is present in *discurrunt*. Trans.: "presents are travelling in different directions."

**certa...pompa:** "in sure procession," i.e. destined for their individual recipients.

**undique:** "from every direction."

5. **Pierides:** A name for the Muses, derived from Pieria, a district in SE Macedonia connected with their worship.

**donetur < donare + accusative of person to whom gift is given + ablative of gift (cf. English "endow" [somebody with something]);** subjunctive in indirect question.

6. **seu mea...tamen:** "Neaera, dear if she be mine, and dear still even if I am mistaken."

7. **formosae: sc. puellae.**

**pretio:** "by money."

**capiuntur:** "are won over."

8. **gaudeat:** jussive.

**ut digna est:** i.e., "as becomes her" (being *formosa*, not *auara*).

9. **inuoluat < inuoluo,** "cover, envelop."

**membrana:** a covering of parchment.

**libellum:** "scroll." The diminutive of *liber* is used because Lygdamus' poetry is elegy, not a "major" genre of poetry (like epic or tragedy).

10. **pumex:** A piece of pumice was used to polish scrolls to remove fragments of papyrus (here referred to metaphorically as *canas...comas*).

**ante:** adverbial: "first."

11. **summa...fastigia:** "the very top" (object of *praetextat*).

**praetextat:** jussive, "border" or "edge." The subject is *littera facta* (12).

12. **indicet ut:** result clause with *littera facta* again as subject.

13. **geminas...frontes:** the two ends of the papyrus roll.

**cornua:** the knobs or bosses affixed to the ends of the two sticks around which the papyrus was wound.

14. **sic...comptum:** "dressed like that." *comptum* < *como*.

**oportet:** sc. *te*.

15 **per:** as often in prayers, separated from the nouns which it governs, *Castaliamque umbram Pieriosque lacus*.

**uos:** object of *oro*.

**mihi:** dative of advantage.

16. **Castaliam** < *Castalius*, "pertaining to Castalia," a fountain on Mt. Parnassus, near Delphi, associated with Apollo, god of music and poetry, and with the Muses.

**Pieriosque lacus:** See on 5. *lacus* refers to the springs of Pieria.

17. **donate:** here with direct and indirect object (like *dare*).

18. **inde:** "from it."

**color:** "freshness."

19. **referet** < *refero*, "reply."

**nostri:** objective genitive, "of me." As often in poetry, a "royal plural."

**cura:** "love," as often in elegy.

20. **minor:** sc. *cura*.

**deciderim:** future perfect, < *decido*, "fall, drop from."

21. **meritam:** sc. *eam*: "as she deserves." Direct object of *donate* (see on 5).

**salute:** "greeting." *Salus* is the word conventionally used at the beginning of a letter.

22. **submisso...sono:** ablative of manner; "in hushed tones."

23. **uir:** usually used in elegy of a husband, as here, but sometimes of a lover.

**frater:** "lover." See OLD s.v. *frater* 3b.

24. **accipias:** "paratactic" subjunctive, or indirect command, dependent on *rogat*: "asks you to accept" (Woodcock §134).

25. **suis...medullis**: ablative of comparison: "than his own heart" (lit. "marrow").
26. **sive sibi coniunx**: sc. *eris*.  
**coniunx**: usually, but not necessarily, a husband or wife in elegy. Here (in view of line 23) it probably means "wife."  
**soror**: cf. *frater* (23). OLD s.v. *soror* 1d.
27. **sed potius coniunx**: sc. *sis*.  
**potius**: "rather, preferably."  
**nominis**: "title" (i.e., of *coniunx*).  
**illi**: "from him" (i.e., Lygdamus). Dative of disadvantage after a verb of depriving (*auferet* [28]). (Woodcock §61).
28. **extincto** < *exstinguo*; dative, agreeing with *illi* (27).  
**pallida**: conventional epithet of the Underworld, because pallor is associated with death.  
**Ditis**: "of Dis" (Roman ruler of the Underworld).

## LYGDAMUS 2 ([Tib.] 3.2)

Loss of Neera turns Lygdamus' thoughts towards his own death and funeral.

1. **qui**: Supply *ille* (2) as antecedent: "That man who.....".  
**caram**: sc. *puellam*.  
**iuueni...puellae**: datives of disadvantage after a verb of depriving, *eripere*. See on Lygdamus 1.27.
2. **ferreus**: "iron-hearted, cruel."
3. **ferre**: governed (as also *uiuere* [4]) by *potuit* (4).
4. **coniuge**: See on Lygdamus 1.26.
5. **non ego**: sc. *sum*.  
**in hoc**: "in this respect."
- 5-6. **non haec patientia** (sc. *est*) **nostro ingenio**: "my character does not have this fortitude." *nostro ingenio* is possessive dative.
7. **mih...pudor est** + infinitive: "I feel ashamed [to]."
- 7-8. **fateri**: governs indirect statement: *tot mala...taedia nata (esse)*.
8. **taedia**: "weariness, aversion (to)" + genitive.  
**perpressae** (sc. *vitae*) < *perpetior*, "suffer, endure."
9. **fuero mutatus**: = *ero mutatus*.  
**umbram**: "shade, ghost."
10. **supra**: adverbial.
11. **ante meum**: sc. *rogum* (12).  
**ueniat**: The subject, Neera, is to be supplied from line 12.  
**longos...capillos**: "internal" accusative with passive participle *incompta* (Woodcock §19 [ii]). Lit.: "dishevelled as to her long hair." Trans.: "with her long hair dishevelled."

13. **comitata** + ablative: "accompanied (by)."

**dolore**: abstract for concrete. Lit.: "by the grief of her beloved mother," i.e. by her grieving mother.

14. **haec...illa**: "the latter...the former."

15. **praeftatae** < *praeftor*. "address a preliminary prayer to." *ante*, adverbial, is thus almost redundant. The subject "they" is Neaera and her mother.

**manes**: "shade of the dead," always in the plural.

**recentem**: "freshly departed."

16. **pias...manus**: "internal" accusative (see on line 11) after *perftusae* (< *perftundo*, "wet, drench"). Translate: "first wetting their dutiful hands."

17. **pars quae...corporis**: in apposition to *ossa*, which follows. *pars* is "attracted" into the nominative by *quae*, which is the subject of *superabit*.

18. **incinctae** < *incinctus* + ablative: "dressed in." *nigra* goes with *ueste*, and *candida* with *ossa* (17).

19. **collecta**: i.e., the bones.

**lyaeo**: "wine" (from Lyaeus, a cult-title of Dionysus, god of wine).

20. **fundere**: "to drench (with)."

**parent** < *paro*, "prepare" (to carry out an action). Note the switch to jussive subjunctive from the future (*legent* [18], *spargent* [19]).

21. **carbaisis...velis**: instrumental ablative: "with cloths of linen."

**tollere**: "to remove," governed by *parent* (20).

22. **ponere**: sc. *parent*.

**sicca**: "when dry."

**domo**: i.e., the tomb, the "home" of the dead person.

23. **illuc**: either "there" (in the tomb) or "then, next." The verb *fundantur* must be supplied from 25.

**quas**: *merces* ("commodities, merchandise") is antecedent. The reference is to incense.

**Panchaia**: an imaginary island in the Indian Ocean, here used as representative of the distant East.

24. **Eoi** < *Eous*, -a, -um, "eastern." The Arabs, and the East in general, symbolised riches and luxurious living for the Romans.

**et**: postponed.

25. **noftri**: objective genitive with *memores*, "mindful, remembering." For the plural, see on *Lygdamus* 1.19.

**fundantur**: jussive subjunctive, with *merces* and *lacrimae* as subjects.

**eodem**: "in the same place," i.e., the tomb.

26. **componi**: "to be buried."

**uersus in ossa**: "when turned to bones."

**uelim**: potential: "I would like."

27. **demonstret:** jussive.

**littera:** here "an inscription" (OLD 6.b).

28. **in celebri...fronte:** lit.: "on its famous face," i.e., on the face (of the gravestone) which will become famous because it is dedicated to Lygdamus.

**carmina:** here "verses."

29. **hic situs est:** "here is buried," a conventional epitaphic formula.

**huic:** dative of disadvantage.

**dolor...et cura Neaerae:** Take *dolor* and *cura* as a hendiadys (i.e. one idea formulated in two words or expressions): "his heart-rending love for Neaera."

**huic:** dative of disadvantage.

30. **coniugis ereptae:** in apposition to *Neaerae*.

**causa perire fuit:** "was cause (for him) to die," i.e., caused his death.

### LYGDAMUS 3 ([Tib.] 3.3)

Without Neaera Wealth is Nothing

1. **Quid prodest + infinitive:** a common formula. *prodesse* = "to be of advantage, profit." So, here, "What is the use [of]...?"

**uotis:** i.e., Lygdamus' vows. A *uotum* is a prayer made to a god, with an accompanying promise of an offering if the prayer is granted. On the granting, the individual is under obligation (*uoti reus*) to fulfil the promise (*uotum reddere*).

**implesse:** syncopated form of *implevisse*, < *implere*.

